Meinung in einer ganz willkührlichen Genealogie der Grafen von Teklenburg) cui nomen fuit Thiadboldus, qui Thancmaro, filio Heinrici Aucupis, Eresburgi in templo S. Petri vulnus inflixit, illicoque ab eo simile recepit, quo vitam interveniente terribili insania, brevi posuit. Quod factum esse anno 938, refert Chronicon nostrum Msctum. coaetaneum[1]).

Fasti 939:

Evurhardus et Isliberhtus duces occisi sunt.

Cod. pag. 380, bei Wedekind No. 32. Everhardus II, seu, ut in ipso codice scribitur, Evurhardus dux (Lotharingiae) cum Isliberhto (attende ad vocis scriptionem, recentiores eum nominant Giselbertum) duce occisus est anno 939, uti Chronicon nostrum Msptum. attestatur.

pag. 467. Giselbertus, seu Isliberhtus, uti a Corbejensibus nostris appellatur, anno 939, Rheno submersus interiit, Widekindo teste et Chronico nostro suffragante.

pag. 471. Dresdensis enim codex nominat illum Iselbertum et Cassinensis Isberhtum, noster autem Isliberhtum, quo cum Chronicon nostrum Msctum. et coaetaneum accuratissime consonat.

Fasti a. 948: Bovo abbas obiit. Gerbernus abbas ordinatus est.

a. 965: Hoc anno Gerbernus abbas obiit et Liudulfus abbas ordinatus.

Cod. pag. 633. Novam cum hoc §. inchoamus sectionem, et quidem eam ob causam, quia ex ipso contextu apparet, Walthardum quaedam bona sua tradidisse ecclesiae Corbejensi praesente abbate Gerberno, qui gubernaculum abbatiae nostrae an. 949 suscepit atque anno 965 mortuus est Chronico nostro coaetaneo et Mspto. testante.

Cod. pag. 149. Mox vero hic ramus in Bovone abbate Corbejensi exaruit, qui testante nostro Chronico manuscripto et coaetaneo mortuus est anno 949.

Fasti 949:

Translatio capitis S. Justini martiris de Magathaburg ad novam Corbeiam.

Cod. pag. 46. Magdeburch..... nominatur in Chronico nostro Corbejensi Magadaburc.

Fasti 954: Frithuricus archiepiscopus obiit.

957: Liudulfus filius regis in Italia obiit.

---

[1]) S. die anderen Stellen, die zum Theil auf die Faſti bezogen werden konnten, in den Fragmenten der Chronik zu 938.